

SYNOPSIS  
THESIVM SIVE  
AXIOMATVM IVRIS, AD  
Primam partem Pandectarum seu Dige-  
storum, Iuris Ciuilis Ro-  
mani,

Authore *Jannab.* *Hoc opus primum cum*  
*Expositione*  
DETHARDO HORSTIO I. V. DOCTOR-  
re & in Academia Iulia Helmstadiana  
Professore.

ET ENERVIS LVCEM



NON CONTRA

VIRTUS INVIDIAM VINCIT.

Este conforme al  
expurgatorio de la  
no de + 632

Andres Mendoza  
Teguia de 640



Cum gratia & Priuilegio.

HELMSTADII

Excudebat Iacobus Lucius Transyluanus.  
Anno M. D. LXXXIII.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

AVGVSTISSIMO CAESARI,  
DOMINO RVDOLPHO  
SECVNDO,

Romanorum Imperatori inuictissimo,  
Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ &c. Re-  
gi, Archiduci Austriae, Duci Burgun-  
diæ &c. Domino suo cle-  
mentissimo,

Dethardus Horstius I. V. Doctor  
salutem.

Iretur forsitan Augustissime  
inuictissimeq; Imperator, Domine Cle-  
mentissime, Cæsarea tua Maiestas, quid  
nam ferant exiguae hæ, & quidem paucæ  
pagellæ, quas sibi nuncupatas videt, quæ-  
ratq; quæ me ratio eò audaciæ impulerit,  
vt tantæ Maiestati, tam exiguum & leuidense munusculum  
offerre non reformidauerim: Exponam autem, Augustis-  
sime Imperator, Cæsareæ tuae Maiestati, huius rei causas,  
quantum quidem ego pro ingenij mei tenuitate iudicare  
possum, non leues, illud à Cæsarea tua maiestate, debita  
summaq; animi deuotione ac submissione petens, vt pauli-  
sper ab alijs imperialibus grauissimis curis negocijsq; vaca-  
re, ac pro innata sua, totiusq; Illustrissimæ Austriae fami-  
liæ benignitate, paucula hæc, quæ de ratione docendi in-  
terpretandiq; Iuris, quam breuissimè referam, clementi o-  
culo obiter perlustrare dignetur. Commemorat Iurecon-  
sultus Pomponius, originem & propagationem veteris Ro-  
mani Iuris referens, statim post leges duodecim tabularum  
propositas, disputationibus fori effectum esse, vt quemad-  
modum naturaliter cuenire solet, diuersa discptantium

) ( 2 inter-

# DIGESTORVM SE V PANDECTARVM IVRIS Ciuilis Romani.

## P A R S P R I M A.

*Disput. I. Respond. Iusflus Benius, Gottingensis.*

### De Iustitia & Iure: Titulus Primus.

1. 2. *Iuris finis, eiusq; descriptio.*  
3. 4. s. *Jurisprudentiae descriptio, & iuris duplex partitio.*  
6. 7. 8. *Naturalis iuris proprietas, & quomodo id impropriè vel propriè accipiatur?*  
9. 10. II. *Ius gentium quomodo accipiatur?*  
12. 13. *Iuris gentium effectus.*  
14. 15. *Ius civile quomodo accipiatur?*  
16. 17. 18. *Ius Ciuale Romanum quomodo distinguatur.*

L. a. l. r. in princip. b. tit. de  
iust. & iu.  
b. l. ro. Iustitia in princip.  
h. tit. & tex. in prin. tit. l. eo.  
c. d. l. r. in prin. vers. ius est.

**I**tri operam daturum in pri-  
mis nosse oportet, quis sit hu-  
ius artis finis: Est autem ius  
propter conseruandam iusti-  
tiam introductum: quo sensu ICtus Vlpianus  
dixit, Ius à iustitia appellatum esse <sup>a</sup>: & iusti-  
tiā esse constantem & perpetuam volunta-  
tem, Ius suum cuiq; tribuendi <sup>b</sup>.

II. Ius ab eodem Vlpiano dicitur ars boni  
& æqui: cuius notitiam ICti. profiteantur:  
quia videlicet ex Iuris doctrina, etiam quid bo-  
num & æquum sit quemq; facere vel non face-  
re, quodammodo eluceat <sup>c</sup>.

III. Jurisprudentiam, similiter dicit Vlpia-  
nus, esse diuinarum & humanarum rerum no-  
titiam, Iusti atq; iniusti scientiam: quia diui-  
ni atq; humani Iuris notitiam, atq; ita iusti e-

a tiam

SYNOPSIS  
THESIVM SIVE  
AXIOMATVM IVRIS, AD  
Tertiam partem Pandectarum seu Dige-  
torum, Iuris Ciuilis Ro-  
mani,

Authore *Gammazi, opus cum expurgatione  
permixtum.*

DE THARDO HORSTIO, I. V. DOCTO-  
RE, & in Academia Iulta Helmstadiana  
Professore.



VIRTVS INVIDIAM VINCIT.

Cum gratia & Priuilegio.

HELMSTADII  
Excudebat Jacobus Lucius Transylvanianus.  
Anno M. D. LXXXIII.

INCLYT O  
ILLVS TRISSIMO,  
QVE PRINCIPI AC  
DOMINO, DOMINO  
AVGVSTO,

Sacri Romani Imperij Archimarscalco &  
Electori, Duci Saxoniæ, Landgravio Thu-  
ringiæ, Marchioni Misniæ, Burggravio  
Magdeburgensi &c. Domi-  
no suo Clementissimo,

DETHARDVS HORSTIVS,  
I. V. DOCTOR,  
Salutem.



Nanmis est, Inclyte Illustrissimeq; Prin-  
ceps, Domine Clementissime, omnium Iuris  
Antecessorū sententia, multorum seculorum  
iudicio iam comprobata, in immenso illo Va-  
stoq; Iuris Civilis Romani pelago interpre-  
tando, nullam posse commodiorem inueniri, teneriue viam,  
quam si quis, quasi sapientissimus Nauclerus, aduersus irru-  
entes hinc inde ingentes fluctus, immanes superuenientes  
procellas, durissimos oppositos scopulos, velorum contractio-  
ne & inhibitione, clauiq; prudenti non minus quam firma gu-  
bernatione, nauem in tuto retinens, & per medium profun-  
dum eundo, recta via nauem in portum ducens, ita à Ves-  
bementissimis fluctibus variorum diuerorumq; iuris respon-

# DIGESTORVM SEV PANDECTARVM

Pars Tertia:

## LIBER DVODECIMVS:

*Disputat. I. Respond. VVillichius Piscatorius Mundensis.*

Derebus creditis, si certum petatur, & de certi condicione:

### Titulus Primus.

1. 2. 3. *Creditum quid, & quomodo à mutuo differat?*  
4. 5. 6. *Mutuum quomodo datione contrahatur?*  
7. 8. *Mutuum quas pactiones recipiat?*  
9. 10. 11. 12. *Mutuò dantem oportet esse dominum, aut domini loco.*  
13. 14. *Quomodo breui vel longa manu mutuum contrahatur?*  
15. *Condicio quid & quotuplex?*  
16. 17. 18. 19. *Certam quid, & certi condicō ex quibus causis competat?*  
20. 21. *Certi condicō numeratæ pecuniae, quomodo à triticaria differat?*  
22. *Ultramontanorum & Citramontanorum disputatio.*  
23. 24. *Condicōn Tricticariæ proprietas.*  
25. *Condicō pecuniae numeratæ in bonæ fidei iudicij.*

#### I.

 Voniam multa, ad contract⁹ varios  
pertinentia, iura, Prætor sub hoc ti-  
tulo proposuit, idèo rerum credi-  
tarum titulum præmisit: credendi  
enim appellatio generalis est, & omnes contra-  
ctus, quos alienam fidem secuti instituimus,  
complectitur: quia cuicunque rei assentiamur,  
alienam fidem secuti, mox recepturi quid ex a. l. t. b. tit.  
hoc contractu, credere dicimur <sup>a</sup>.

II. Creditum ergo à mutuo differt, quasi  
genus à specie: nam creditum consistit etiam  
extra eas res, quæ pondere, numero men-  
suraue continentur, sicut si eandem rem re-  
cepturi sumus <sup>b</sup>.

b. l. 2. §. creditum. b. tit.

B In-